



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

68 Vsurarius, quomodo quis probari possit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

dem. ut post Corn. Roma Paul. de Castr. Calc. Guid. Pap. Gemi. Matthesil. quos citat, testatur Crav. *dict. cons. 156. num. 4.* & quamvis d. opinio, quam tenent tria suprema tribunalia, nempe, Rota, Sen. Nea. Senatus Pedemontanus, videatur sequenda, puto nihilominus esse distingendum, 66 quia, aut agitur civiliter ad reprobandum contractum, tanquam usurarium, ad effectum, ut fructus excompententur in sortem principalem, aut criminaliter ad condemnandum creditorem, uti usurarium.

Primò casu puto, opinionem, quam tenet Rota, Senatus Neapolitanus, & Pedemontanus, quòd modicitas pretii, & pactum de retrovendendo sufficiant, esse sequendam, quia cum ob pretii modicitatem emptor teneatur ad restitutionem, non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, *cap. peccatum, de reg. jur. in 6.*

Secundò vero casu ad criminaliter judicandum hominem usurarium, credo, tutiorem esse opinionem, quòd tria requirantur, nempe, modicitas pretii, pactum de retrovendendo, & quòd emptor sit solitus scenerari ex supra allegatis, quia valde esset rigorosum, quòd ex unico contractu, in quem quis sine culpa inadvertenter quandoque incidere posset; judicaretur usurarius, quod crimen est gravissimum, odia enim restringi, & favores convenit ampliari, *cap. odia, de reg. jur. in 6.*

68 Probatur tamen quis usurarius per possibiles probationes, & conjecturas, etiam leves, ex supra deductis, & ad probandum contractum usurarium suffi-

ciunt dictæ duæ conjecturæ, seu verisimilitudines, etiam ad condemnandum eum, qui usuras consuevit exercere, ut probat *tex. in cap. illos vos, s. respondemus, de pign. Calcan. consil. 26. col. 9.* Corn. *cons. 23. col. 1.* & Crav. *d. cons. 73. num. 7, vers. quinimò,* & ad probandum aliquem usurarium simpliciter sufficientes testes singulares, Abb. *in cons. 113. num. 3 vers. non obstat, quod lib. 2.* & Crav. qui plures alios citat *in eod. cons. 73. num. 32.* De facili autem contra usurarios est præsumendum, quia pessimum genus hominum, & sic præsumi, expedit eorum animabus, ut inquit *Callad. in dict. decis. 1. num. 1. in fin. de usur.* Nam in eodem genere malitiæ semel malus, t semper præsumitur malus, ut in terminis Bald. *in dicto cap. 1. num. 8.* & hoc crimen ex consuetudine, est misti fori. Quod verius, ut tenuerunt, Bursat. *in cons. 90. num. 37. lib. 1.* Bonacof. *in lib. 1. com. opin. vers. usura est crimen,* ubi de communi opinione testatur, & post quamplures alios Fatinae. *in prax. crim. quest. 8. sub num. 140.* t licet communis opinio habeatur, quòd sit merè ecclesiasticum, & quòd usurarius non possit puniri per laicum, post Socin. *in cons. 290. Dec. cons. 170. Grat. consil. 39.* & alios, quos citat, testatur Gabr. *conclus. 20. num. 30.*

lib. 7. com. conclus.

* * *

* *

Cee

DE